

CXLVII.

Anno 1480. die 28. Novembris. Crisii.

Nobiles Regni Slavoniae in generali sua Congregatione in Zdenc celebrata cum Episcopo Zagrabiensi Osvaldo de decimis conveniunt.

Nos Ladislaus de Egeruara Regnorum Croacie et Sclauonie Banus memorie commendamus, quod nobis feria secunda proxima post octauas festi beati Georgii Martiris vna in sede nostra Crisiensi constitutis et littere nostre super facto solucionis decimarum per Egregium Magistrum Petrum de Gudovcz V ipsius Regni Sclauonie coram nobis exhibite fuissent, hunc tenorem continentes: Nos Ladislaus de Egeruara, Regnorum Dalmacie, Croacie, us Sclauonie Banus, memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit vniuersis. Quod cum de mandato Serenissimi Principis Domini Mathie, Dei gracia Regis Hungarie, Bohemie ec. Domini nostri naturalis atque graciosissimi, in presenti festo beatorum Fabiani et Sebastiani Martyrum hic in oppido Zdencz vna cum certis Magnatibus Proceribusque et Nobilibus dicti Regni Sclauonie pro excogitandis et adinueniendis viis, modis, atque remediis, quibus predictum Regnum seua rabie seuissimorum Turcorum iam fere in parte maiori lacessitum et conculcatum ab eorundem Thurcorum vltioribus insultibus et perturbacionibus eripi et defensari possit, congregati fuissimus, certosque exinde tractatus peregissemus, tunc inter ceteros in Christo Pater dominus Osualdus Episcopus Ecclesie Zagrabiensis personaliter ab vna, item Egregii et Nobiles domini Nicolaus de Dombo, Ladislaus Hermani de Gereben, alter Ladislaus de Zenche, Petrus Bochkay de Raszinakerezthur, Nicolaus Posegay de Garignicza, Gregorius Horvath de Gay, Johannes de Gepew, Ladislaus Byczkelew de Zelnawar, Ladislaus, Stephanus et Johannes filii Poch de Decche, Andreas Capitan de Desnicze, Magister Petrus de Gudowcz, Ladislaus et Stanislaus de Szerenche, Magister Johannes Viti de Corbowa, Nicolaus de Kamarcza, Antonius de Kopincz, Blasius Briga de Jakozerdahely, Michael de Zenth-Iwan, Nicolaus Fanchy de Gordowa, Blasius Budor de Budrovcz, Nicolaus filius Michaelis de Peker, alter Nicolaus filius Laurentii de eadem, Georgius de Ztobicza, Gregorius de eadem, Nicolaus Borothea de Terzthenicze, Joannes de Kamarya, Georgius Lazovetz, Joannes, Andreas et Thomas filii Wytez de Kamarcza, Johannes de Chertzheczen-Peter, Ladislaus Simonouich de Miletincz, Stanislaus de Buthkafeld, Mathias Sos de Gothallowcz, Emericus Zebene de Zebenowcz, Petrus de Bykzad, Nicolaus filius Petri Erdeli de Hachko, Petrus Saffar de Gothallowcz, Janko de Chazmafew, Nicolaus Vitez de Kamarcza, Petrus Kerhen de Bellossowcz et Stephanus Peres de Gerecz in suis ac vni-